

Werk

Titel: Herbarium Amboinense, plurimas conplectens arbores, frutices, herbas, plantas ter...

Jahr: 1750

Kollektion: Zoologica

Werk Id: PPN369547365

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369547365> | LOG_0130

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

caules ex radice emittit, prope ortum tenues, planos, ac lentissimos, hinc alii tres excrescunt ad orchidæ longitudinem, immo longiores, qui superius breves laterales emittunt ramulos transversaliter positos. Folia digitum longa sunt, ac vix unum lata, firma, & in longum apicem delinientia, formam habentia lanceolæ. Flos magnitudinem habet minoris Angreci, formam gerens præcedentis. Fructus ignotus est. Hujus plantæ Figura est composita.

Tabula Quinquagesima prima

Ad Figuram primam *Herbam supplicem* exhibet *feminam*, seu *secundam ejus speciem*.

Figura secunda *Herbam supplicem* sistit, ac quidem *quintam ejus speciem* ex ligno, cui in creta est, dependentem, cum ejus flore naturali magnitudine & forma expresso.

CAPUT DECIMUM.

Angræcum terrestre primum.

Daun corra corra.

Jam sequitur agreste seu rusticum Angræci genus, quod non in arboribus uti duodecim præcedentes species, sed in terra crescit, ac proin in varias distinguitur species, quarum quædam ad Helleborum, aliæ ad Orchidem accedunt. Prima classis quatuor continet species, quibus singulis peculiare tribuimus Caput. Uti primo *Angræcum terrestre primum*. Secundo *Angræcum terrestre alterum*. Tertio *Involucrum*. Quarto *Helleborus Amboinicus*.

Primo. *Angræcum terrestre primum*, seu *Daun corra corra* e terra progerminat, dein sese figit multis crassissimis fibris, quæ plerumque nudæ per terram instar vermium prorepunt, cum innumeris minoribus intermediis, ex hisce primo provenit foliorum fasciculus, quæ sese invicem complectuntur, atque inferius crassum & striatum formant caulem, foliis Curcumæ silvestris similia, sed multo majora, nec tam glabra, sed ex nigro virentia, per medium profunde striata & sinuosa, sed ita ut quædam costæ in medio circiter incipiant, inferius acute protuberant, atque alias minores in interstitiis gerant, quatuor pedes longa, immo longiora, sesqui & binas palmas lata, atque exteriora peculiari infident per iolo, suntque tenuia, utrimque acuminata, & inflecti ac complicari possunt, ut lubet. Tenera in medio concava sunt instar cymbæ, sed vetusta extensa sunt.

Post folia quatuor quinqueve adparent acuta tubera prope radices, sed supra terram instar minorum sunt Condiliorum, in obscuros articulos distincta, instar burfarum aliorum Angrecorum, multis fibrillis terræ infixæ. Ad latera horum tuberculorum floriferi excrescunt caules, quatuor & quinque pedes alti, rotundi, & magna ex parte nudi, sed parum articulati. In summo multos gerunt purpureos flores supra sese invicem positos forma *Acquilegiæ*.

Quisque ex longiusculo dependet pedunculo, atque ex quinque constat petalis, quorum tria angustiora extensa sunt, læte purpurei coloris uti in *Colchico*. In medio bina alia latiora locantur petala, parum complicata, & ab una parte simul aliud tegunt petalum superius bifidum, & luteo incumbens pistillo lineis purpureis ornato. Ad latera bina alia angustiora locantur petala, & ante hæc tertium quoddam sursum inflexum supra istud pistillum, cuncta ex purpureo colore rubentia, & tecta binis prioribus petalis sine pedunculo, formam habentia facculi in collo Anseris, ex purpureo & flavo colore mixta, quam primum flos sese aperit, caulis ventricosus & striatus incipit esse, sensim fructum formans.

Qui est hexagonus, uti in aliis Angrecis, sed tria modo latera protuberant, ac quodvis sulco longitudinali striatum est, sesqui & binos pollices longus, digitum crassus, viridis, ac diu emarcida floris petala servans.

Maturi

uit eene wortel, by baaren oorspronk dun, plat, en zeer taai, hier van groejen drie andere tot de lengte van een vadem, en meer, die aan 't opperste korte zydetakjes uitgeven, dog dwers staande. De bladeren zyn een vinger lang, en schaars een breed, styf met een lange spits gefatfoneert als een Lancet, de bloem is zoo groot als een klein Angrek, van satzoen als boven. De vrugt is nog onbekent. Hier van is een figuur gemaakt.

De een en Vyftigste Plaat

Vertoont in de eerste Figuur het ootmoedige Kruid, en wel het wyffe, of de tweede soort.

De tweede Figuur vertoont de vyfde soort van het ootmoedige Kruid, uit het hout, daar het op gegroeit is, afhange, met deszelfs bloem, in de natuurlyke grootte en gedaante uitgedrukt.

TIENDE HOOFDSTUK.

Het eerste Land-Angrek.

NU volgt het Boere geslagte van de Angreks, dewelke niet meer op bomen gelyk de twaalf voorgaande, maar op den grond wagt, en wederom in verscheide soorten gedeelt, waar van sommige de Helleborus, sommige de Orchis of Standel-kruid na by komen. Het eerste slag heeft vier soorten, waar van wy aan ieder een hoofdstuk geven. Als ten eersten *Angræcum terrestre primum*, ten tweede *Angræcum terrestre alterum*, ten derde *Involucrum*, en ten vierden *Helleborus Amboinicus*.

I. *Angræcum terrestre primum*, of *Daun corra corra* spruit uit den grond, daar na begint het zig met vele dikke vazeligen, die meest op de grond bloed kruipen als wormen, en heeft nog ontelbare kleindere daar tusschen. Hier uit komt eerst een bos bladeren voort, die malkander omvatten, en beneden een dikken gestreepten steel maken, de bladeren van *Curcuma Silvestris* gelyk, dog veel grooter, en niet zoo glad, maar zwart-groen, in de lengte diep gestreept, en vol ploojen, dog zoodanig, dat sommige ribben omtrent de midden beginnen, beneden scherp uitsteken, en andere mindere tusschen beiden hebben, by de vier voeten lang en meer, anderhalve en twee banden breed, en de buitenste hebben ieder een byzonderen steel, zy zyn dun, agter en vooren toegespits, en laten zig vouwen en buigen, zoo men wil. De jonge staan met haar midden nog wat bol gelyk een schuitje, maar de oude staan uitgebreid.

Na de bladeren ziet men vier of vyf spitze knobbelen by de wortelen, dog boven de aarde als kleine Combilis, in donkere leden veraceelt, gelyk de beurzen van ander Angrek, met veel vazeligen in de aarde vast. Ter zyden van deze knobbelen komen de bloemdragende steelen, vier en vyf voeten hoog, rond, en meest bloed, dog een weinig geleed. Aan 't bovenste dragen ze veele purpere bloemen boven malkander in forme van *Acquelyen*.

Ieder hangt aan een langagtig steeltje, en is gemaakt van vyf bladeren, waar van de drie smalste uitgebreid staan, licht-purper gelyk aan *Colchicum* of tydeloze. In de midden staan twee andere breedere blaadjes, wat zamen gevouwen, aan de eene zyde, met de andere bedekken ze een ander blaadje boven in twee gespleeten, en rustende op een geel steeltje met purpere linien verciert. Ter zyden staan nog twee andere smaldere blaadjes, en voor dezelve nog een derde wat opwaarts gekromt boven het voornoemde steeltje, alle purper-rood, en bedekt met de eerste twee blaadjes zonder hoofdsteel, gefatfoneert als het zakken aan den hals van een kropgans, van purper en bleek-geel gemengt, zoo dra haar de bloeme opent, begint den steel buikagtig, en gestreept te werden, zig allenskens tot de vrugt schikkende.

Dezelve is sesboekig, gelyk aan andere Angreks, dog daar van zyn maar drie ruggen uitbuilende, en ieder met een voore langs benen gestreept, anderhalve en twee duimen lang, een vinger dik, groen, en langen tyd de verwelkte blaadjes van de bloemen behoudende.

De

Fig. 2.



Fig. 1.

Cacopit



Fig. 2.

Fig. 1.

Maturi fructus dehiscunt in tria latiora, & tria angustiora segmenta, utrimque connexa instar coronæ Cæsareæ, intus flava locatur farina, quæ cinereum acquirit tandem colorem, & decidit, diu residuis furculis, quibus pedunculi infixi erant in caule, quæ & peculiarem formant corymbum.

Hujus & altera reperitur species, quæ prioris femina censetur, ipsi quam maxime similis, excepto quod folia breviora, ac dimidio angustiora sint, immo quædam tres modo digitos lata, eodem modo per longitudinem costis donata, multis plicis rugosa, ac rariora munero. Flos eandem gerit formam, sed minor est, albus penitus, vel aliquando inferius parum purpureus, & inodorus. Bursæ prope radices angustiores & acutiores sunt. In prima specie, si in solo crescat pingui & argilloso bursæ aliquando crassitiem habent, ut tubera Condiliorum referant, atque in tota planta aliquando nil nisi hæc tubera conspiciuntur, quatuor & quinque simul locata sine foliis ac caulibus, interne herbacea & fibrosa, primo mucosa, dein in siccam ac spongiosam degenerantia substantiam, uti supra de *Angraco scripto* fuit dictum. In hortis transplantata hæc planta nulla gerit crassa tubera.

Nomen. Latine *Angracum terrestre primum purpureum & album*; Malaice *Daun corra corra*, juxta folii formam, quasi dicas cavum Korrakar exhibens, quidam communi nomine id vocant *Angrectana*. Amboinenses hoc vocant *Abaan*, quod nomen commune est cum subsequenti *Involucro*, quum ambas herbas ad unum referunt genus.

Locus. Hæ species submissæ sunt, ita ut de arboribus descendant, & in solo crescant, non tamen in ipsa veniunt planitie, sed semper in præruptis inveniuntur locis, plerumque in vallibus, ubi terra decidit, ac superius nil nisi longum crescit gramen, quod *Hulong* dicitur. Alba species rara est, utraque copiose proveniunt ad ostium fluminis *Alf*, ubi difficile comparari potest, in hortis etiam transplantari potest, ubi per annum stat, antequam flores proferat.

Usus. Flores ornamento inserviunt, ac foliis Saguerei lagenæ conligantur, omnesque elegantia iis involuntur, quæ in forum venales adferuntur, uti de subsequenti *Involucro* amplius indicabitur. In foliis ac radicibus acrimonia quædam inest, ad Helleborum quodammodo adcedens.

In Figura avicula adparet picta prope florem, longo incurvoque rostro, quæ *Reguli* species est, quæque tam pusilla ac levis est, ut quibusvis insideat floribus, ac succum vel rorem ex iis exsugatur.

Tabula Quinquagesima secunda

Ad Figuram primam *Angracum* exhibet *terrestre primum*, cum ejus flore A separato, & avicula *Cacopit* dicta. *Angracum terrestre alterum* præcedenti Tabula 50. est expressum. Figura secunda florem exhibet triplicatum Cap. 13. descriptum cum ejus fructu B separato.

CAPUT UNDECIMUM.

Angracum terrestre alterum. *Angrec tana.*

Altera *Angraci* terrestris species crassiusculam ac repentem gerit radicem, fere instar *Curcumæ*, quæ caules quosdam emittit crassos, per longitudinem striatos & alatos, ac transversaliter articulatos. Folia sese invicem quoque complectuntur, referuntque illa teneræ *Pinangæ*, vel *Hellebori albi*, binas ac binas cum dimidia spithamas longa, sesqui palmam lata, quinque costis longitudinalibus distincta, glabra, & læte virentia.

Ex primario caule unus alterve rectus & rotundus excrescit caulis, sequi spithamam longus, quibus flores increfcunt supra sese invicem, magnitudine *Angraci primi*.

Tana, VI.

Flos

De ripe bersten open in drie breder, en drie smaldere riempjes, agter en vooren aan malkander hangende gelyk een Keizer-kroon, binnen is een geelagtig meel, 't welk grauwwerd, en uitvalt, blyvende de schuitjes, daar de steelen in stonden, nog langen tyd aan den hoofdsteel staan, en maken een byzonderen tros.

Men vindt nog een tweede zoorte hier van, die men voor 't wyfsken houd van de voorgaande, het zelve meest gelyk, behalven dat de bladeren korter, en maar half zoo breed zyn, zommige ook maar drie vingeren breed, op dezelve manier in de lengte geribt, vol vrouwen, en weiniger in 't getal. De bloem is van het zelve satzoen, dog kleinder, gants wit, of zomtyds beneden wat peers bebbende, ook zonder reuk. De beurzen by de wortelen zyn ook wat smalder en spitzer. Aan de eerste zoorte, als het op een vette kleigrond staat, worden de beurzen zommige zoo dik, dat ze de knollen van *Combilis* gelyken, en aan de geheele plante ziet men zomtyds anders niet dan deze knobbelen, vier en vyf by malkander, zonder bladeren en steelen, binnen kruidagtig en dradig, eerst flymerig, daar na in een drooge spongieuze substantie veranderende, gelyk boven van 't *Angracum scriptum* gezegt is. Maar in de tuinen geplant gewint het geene dikke knollen.

Naam. In 't Latyn *Angracum terrestre primum purpureum en album*; in 't Maleits *Daun Corra corra*; na de gedaante des blads, als gezegt, het bol van een *Karakar* vertoonende, zommige noemen 't met een gemeene naam *Angrec tana*. De Amboineezen noemen 't *Ahaan*, een naam gemeen met het volgende *Involucrum*, terwyl ze beide kruiden voor een geslacht houden.

Plaats. Deze zoorten vernederen bun alrede, zoodat ze van de bomen afdaalen, en op de grond wassen, epter komen ze niet tot de vlakke, maar men vindt ze altyd aan steile plaatsen, meest in de valteijen, daar 't land afgevallen is, en boven op niet dan lang gras waft, van 't gene men *Hulong* noemt. De witte zoorte werd zelden gevonden, beide ziet men veel aan de steilte van de rivier den *Alf*, daar 't zomtyds moejelyk te bekomen is, en men kan ze ook in de tuinen verplanten, daar ze wel een jaar staan, eer ze bloemen dragen.

Gebruik. De bloemen werden maar tot cieraat gebruikt, met de bladeren bind men ze de *Sagueers-potten* toe, en men wind alderhande fruiten daar in, die men op de markt te koop brengt, gelyk van 't volgende *Involucrum* zal gezegt werden. In de bladeren en wortelen steekt een merkelijke scherpigheid, die zoo wat na de *Helleborus* wil aarden.

In de Figuur ziet men een vogeltje by de bloem getekent, met een lang krom bekje, zynde een zoorte van de *Regulus* of het *Koninkskken*, 't welk zoo klein en ligt is, dat het op alderhande bloemen zit, en den sap of dauw daar uit zuigt.

De twee en Vyftigste Plaat

Vertoont in de eerste Figuur het eerste *Aard-Angrek*, met deszelfs bloem A afzonderlyk, en het vogeltje *Cacopit* genaamt. Het andere *Aard-Angrek* is in de voorgaande 50. Plaat verbeeld. De tweede Figuur vertoont de driegevoude bloem, in het 13. Hoofdstuk beschreeven, met deszelfs vrugt B afzonderlyk.

ELFDE HOOFDSTUK.

Het tweede Land-Angrek.

De tweede zoorte van *aard Angrek*, heeft een dikagtige kruipende wortel, schier als *Curcuma*, dewelke uitgeeft eenige dikke steelen, in de lengte gestreept met scherpe ruggen, en over davers geleed. De bladeren staan ook om malkander, en gelyken die van een jong *Pinang-spruitje*, of na *Helleborus albus*, twee en derdebalve spannen lang, anderbalve hand breed, met vyf ribben in de lengte verdeelt, glad, en blyde-groen.

Uit den hoofdsteel schieten een of twee andere regte, en rondere steelen, anderbalve spannen lang, daar aan wasfen bloemen boven malkander, in de grootte van 't *Angrek primum*.

P

De